

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Disputatium Philosophicarum Quarta, continens Regulas III. pertinentes ad doctrinam. Actiones et Agentis. Respondete publice Adamo Koppio, Laucha Thuringo

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

## REGULAS III.

*pertinentes ad doctrinam*

## ACTIONIS ET AGENTIS.

RESPONDENTE

*publicè*

ADAMO KOPPIO,

Lauchâ Thuringo.

## REGULA I.

*Agens adsimilat sibi patiens.*

I.

**I**ta vulgò. Id autem est, agens sibi simile reddere subjectum, quod ab ipso patitur. Aristoteles dicit: τὸ ποιητικὸν ὁμοίῳ ἐαυτοῦ τὸ πάρον, *I. de gen. & corr. c. 51.* Idemque est, quod docet *c. 62. L. II. de animâ.*

II. Nimirum hoc vult Philosophus: Cum patiens sit dissimile agenti ante actionem, & quando est successiva, inter initia quoque ejus: agens agendò efficere patiens sibi simile, in instantaneis quidem, ut loquuntur, mutationibus momentò; in successivis verò, tractim. De quibus omnibus vide *Disp. preced. Reg. I. §. IX. & tres seqq.*

III. Confirmatur autem veritas Regulæ sequentibus: Calidum agendò in frigidum, calidum ipsum

ipsum est  
frigidum  
nibus sub  
riam adm  
hominem  
milia sibi  
simile sibi

IV. Sed

Sol non t  
exiis best  
milia sibi  
stia.

V. II.

quò gene  
sit mulus

VI. II.

qualitate  
Ergo per  
efficit sibi

VII.

gulæ exp  
quæ *supr*  
Ex iis in  
plecti.

IIX.

gens & e  
que præ  
niunt; e  
efficit. S

ipsum



ipsum efficit: sicut & frigidum agendô in calidum, frigidum facit. Idem perspicitur in transmutationibus substantialibus. Ignis comburendô materiam admotam, similem eam sibi facit. Sic homo hominem, equus equum, & quælibet animalia similia sibi generandô, subjectum, ex quô generant, simile sibi efficiunt.

IV. Sed contrà convellere eam videntur I. quod Sol non tantum calefaciat hæc inferiora; sed & ex iis bestiolas generet; nec tamen ea per hoc similia sibi faciat, cum nec calidus ipse sit, nec bestia.

V. II. Equus generando mulum, patiens, ex quô generat, non facit sibi simile, cum ipse non sit mulus.

VI. III. Similitudo convenit rebus propter qualitatem, c. *IX. Lib. Categ. & V. Met. c. XV.* Ergo per substantialem generationem agens non efficit sibi simile patiens.

VII. Ut ad hæc respondeamus, sensumque Regulæ explicemus, animus revocandus est ad ea, quæ *suprà Disp. II. Reg. III.* commentati fuimus. Ex iis intelligere est, agens univocum eam complecti.

IX. Exposuimus ibi univocationis inter agens & ejus effectum quatuor modos. Primus, isque præcipuus erat, quando specie infimâ conveniunt; quomodo ignis calore suo alium calorem efficit. Secundus, quando solum in genere conveniunt,



niunt, ut equus & mulus, quia uterque est animal. Tertius, quando est convenientia in formâ specificâ, sed modus efficiendi est diversus, & identitas tantum in representatione consistere videtur; quomodo edificator ratione conceptus, quem mente suâ formavit de domo extruendâ, est agens univocum. Quò etiam retulimus colorem, speciem sui in oculo producentem. Quartus est, quando in aliquò analogò conveniunt, ut in ratione entis aut actus: quamvis alii hoc genus sub secundo comprehendant. Quæ omnia fusius tractata vide *cit. Diss. à §. XII. usque ad §. XXIII.*

IX. Evidens est, agens univocum primò & tertio modò reddere sibi simile patiens. Sic ignis calore suo faciens ex aquâ frigidâ calidam, efficit eam sibi similem in qualitate; generans alium ignem, facit materiam, ex quâ generat, sibi similem in substantiâ. Et hæc continentur sub primò modò univocationis.

X. Referuntur huc etiam nonnulla secundi modi, quorum scilicet idem est genus propinquius: Sicut equus, generandò mulum, patiens, ex quò generat, sibi simile efficit in naturâ animalis. Edificator lapides & ligna, ex quibus domum extruit, facit sibi similia, quatenus sic ea construit, quemadmodum conceperat, & albedo, alterandò oculum per speciem sui, eum sibi facit similem. Et de hisce duobus modis univocationis Aristoteles præsentem propositionem usurpavit.

XI.  
locum b

In

f

v

f

At

c

c

Erg

Minor p  
nisi in or  
militudo

XII.  
cessitate

nem Ma

minus al

produca

enim pa

nem eju

saltem n

mile alio

quid ipse

aqua ab

specie q

tate, tar

aqua æq

dum.

XI.



XI. Existimaverit quis, eam in reliquis quoque locum babere, hōc argumentō adductus:

In quibus effectus aliquō modō similis est agenti, in iis etiā patiens vel materia, ex vel in quā producitur effectus, efficitur similis agenti.

At in omnibus quatuor modis univocorum conspicitur aliqua similitudo inter effectum & agens.

Ergō in omnibus materia vel patiens efficitur simile agenti.

Minor patet tūm ex *cit. Reg.* tūm ex eō, quōd nisi in omnibus illis modis aliqua intercederet similitudo, non omnes essent modi univocorum.

XII. Sed nihil dum deprehendimus, quod necessitatem nobis imponat concedendi propositionem Majorem. Neque videmus, quid obftet, quō minus aliquid effectum aliquō modō similem sibi producat, ut patiens inde ipsi non fiat simile. Ut enim patiens reddatur simile agenti per actionem ejus, necesse est, id ante ei fuisse dissimile, vel saltem minus simile. Quod enim jam prorsus simile alicui est, quomodo potest demum per aliquid ipsi simile reddi? Quemadmodum, quando aqua ab igne calefit, redditur quidem ei similis in specie qualitatis, nempe calore; sed non in qualitate, tanquā in genere, quia ante calefactionem aqua æquē qualitibus affecta est, atque postmodum. At verō in secundō & quartō modō videtur

tur



tur fieri, ut subjectum, quod patitur, ante productionem effectus non minus agenti simile sit, quàm post eam: ut positò, Solem ex materiâ lunari animalcula generare, dicitur ibi, animalculum fieri quodammodò ab univocò, quia Sol & animalculum similia sunt ratione generis, quoniam utrumque substantia corporea est. At materia illa in naturâ substantiæ corporeæ non minus convenit cum Sole, antequàm animalculum ex eâ fuit genitum, quàm post.

XIII. Nec defuerit fortassis, qui statuat, materiam, priusquàm ex eâ bestiola generetur, similem Soli esse, quàm postmodùm, cùm ante illam generationem sit substantia corporea vitæ experta; postea autem animetur. Sed substantia corporea non animata ad naturam Solis propiùs videtur accedere, quàm animata.

XIV. Regeris: Id, ex quò animalculum virtute Solis generatur, bifariam considerari: primò, ut actu est substantiâ aliqua corporea; deinde ut est potentiâ. Cùm igitur sit formaliter patiens, non ut actu aliquid est, sed ut potestate, sicut constat ex *Reg. II. disputat. III.* & verò omne agens, quòd quatenus tale, actu est, faciat, ut patiens non amplius potentiâ sit, sed actu; sequitur, omne agens simile reddere sibi patiens, quatenus ex re potestate facit rem actu.

XV. Ad hoc hujusmodi quid dici posse putamus, præmunientiò I. esse quidem unum idemque

& actu &  
ex quò S  
naturâ,  
rò anima  
ter, aliu  
materiâ  
bi simile  
facit esse  
pliciter,  
corpore  
mal.  
actu qu  
quia et  
tamen p  
est anim

XVI  
minati  
facit si  
tâm fir  
ctus.

ctenus

XV

Soli m  
produ  
quàm  
men e  
ad op  
peran  
tenus



& actu & potestate, sed diversâ ratione. V. g. id, ex quò Sol animantem producit, est actu in rerum naturâ, est actu substantia corporea, potestate vero animalculum. II. Aliud est, esse actu simpliciter, aliud, esse actu tale quid. Jam si Sol ex aliquâ materiâ generandò animal, dicitur eam facere sibi similem, propterea, quod id, quod potestate est, facit esse actu; aut id fit, quia facit esse actu simpliciter, vel etiam tale actu, nempe substantiam corpoream; aut, quia facit actu tale, quod sit animal. Non prius, quia jam simpliciter est actu, & actu quoque est substantia corporea. Non hoc, quia etsi verum sit, Solem facere actu animal, non tamen propterea facit sibi similem, quia Sol non est animal.

XVI. Fortassis autem ad generaliore[m] determinationem hæc revocari possunt, nempe: Agens facit sibi simile patiens, quando id jam ante non tam simile ipsi est, quàm effectus ab agente productus. Quod satis evidentis, puto, ex iis, quæ hæc tenus disputavimus, est sensus.

XVII. Quod si quis ad superiora reponat, licet Soli materia elementaris, antequàm ex eâ animal producitur, tam similis sit in naturâ corporeâ, quàm post illam generationem; similiorem tamen effici in illò, quòd, sicut Sol efficacissimus est ad operandum: ita corpus animatum magis vi operandi polleat, quàm inanimatum: Sicut & quatenus Sol in hisce inferioribus calorem generat,

vide



videtur ea similia sibi facere, quam antea erant, cum, ut Sol habet vim producendi calorem, licet calidus propriè non sit: ita hæc sublunaria ab eò calefacta jam obtinent vim calefaciendi, quã antea destituebantur; cum eò, si ratio hæc agenti patiens simile constituendi est universalis, & ad omnia se extendit, fortassis non fuerit pugnantium.

XIIX. Atque ex dictis dilutum est argumentum primum, quod propositum §. IV.

XIX. Ad secundum quoque patet responsio. Licet enim equus generandò mulum, patiens vel materiam non faciat sibi similem in specie infimã, facit tamen in subalternã vel genere proximò.

XX. Atqui, inquis, *Dist. præc. Reg. I. §. IIX.* audivimus ex Aristotele, patiens ante actionem esse jam simile agenti in genere. E. non potest demum per actionem ipsi in genere fieri simile.

XXI. Respondemus I. Aristoteles loquitur de iis, inter quã est actio reciproca. II. Cùm plura ejusdem rei genera sint, possunt aliqua similia esse in uno, dissimilia in alterò: sicut homo & planta, dissimiles sunt in animali, similes in corpore animatò. Et sic equus quoque & materia, ex quã mulum generat, ante generationem similes sunt in naturã corporeã, dissimiles in ratione animalis.

XXII. Ad III. Similitudo etiam substantiis in ratione substantiã convenit. Substantiã secundã significant quale quid, *III. met. t. 20.* non quidem,

dem, ut  
stantiã s  
ciatione  
gnificare  
mus. V  
similitud  
homines  
lis quate  
nit Simp  
in quibus  
nerat, q  
est de ge  
& genit  
& quale  
addimu  
Are sup

I. Q  
propore  
autem e  
Aristote  
invicem  
cantur.  
sis symp  
II.  
pauca y



dem, ut quale accidens quoddam est, sed quæ substantiæ sunt, *c. V. Categ.* ubi Ammonius: *Pronunciatio quidem singulariter facta hoc aliquid significare videntur, cum homo aut animal dixerimus. Verumtamen non hoc aliquid, sed tale, b. e. similitudinem designant, quæ homines, quatenus homines sunt, similes inter se habentur, & animalia quatenus animalia.* Eodemque modo exponit Simplicius. Et *VII. Metaphys. t. 23.* dicitur, *in quibusdam perspicuum esse, tale esse id, quod generat, quale est, quod generatur.* Sermo autem est de generatione substantiali, deque generante & genitò ratione substantiæ eorum. Tale autem & quale similitudinis notæ sunt. Plura jam non addimus. Sunt autem hæ quidem peculiæ notæ super præsentem Regula cogitationes.

## REGULA II.

*Actio fit à superante.*

I. Quod hisce verbis etiam effertur: *Actio fit à proportione majoris inæqualitatibus.* Desumptum autem est ex *Libr. de motu animalium cap. III.* ubi Aristoteles: *Quæcunque sunt equalia, inquit, a se invicem non patiuntur, per exuperantiam enim vincuntur.* Adducitur quoque à Galeno *III. de causis sympt. c. II.*

II. Verùm huic pronunciato adversari non pauca videntur; ipsâ experientiâ comprobata. *In-*  
*fun-*



fundatur aqua calida in aquam frigidam. Certum est, inter eas dari actionem reciprocam, hoc est, utramque agere in alteram. Hujus enim frigus ab illius calore retundetur, & illius calor ab hujus frigore, quod sensus ipse demonstrat. Vis autem calefaciendi & vis frigefaciendi in utraque aquâ aut sunt æquales, aut inæquales. Si illud, æquale agit in æquale. Si hoc, validius non tantum in debilius, sed hoc quoque in illud agit. Ergo non semper actio est à superante vel validiori.

III. Certè, si semper à superante esset actio, non daretur reactio. At dari & experientia modò ad ducta abundè testatur, & docet id Aristoteles *Lib. III. physic. t. 8. §. 16. L. I. de ortu & interit. t. 53. §. 37.* & dilucidissimè *IV. de gen. anim. c. III.* & Galenus *loc. cit.* Probatur consequentia: quia, ut modò argumentabamur, duo, inter quæ reactio statuitur, aut sunt æqualia, aut inæqualia. Si illud: neutrum aget inter alterum, positò, actionem non procedere nisi à superante. Duorum enim æqualium neutrum alterum superat. Si hoc, valentius aget quidem in minus valens, sed hoc non in illud stante eadem hypothesi.

IV. II. Adamas sculpitur duritie adamantis in pulverem redacti; cum tamen pulvis iste duritie eum non superet. Gutta quoque cavat lapidem durissimum.

V. III. Quæ liberè vel à propositò agunt, idem testatum faciunt. Quid enim, si duorum homi-

num, viri alterum in micabunt

VI. Utrum modò all. primò, bific. ctione, quæ eadem sp. superetur tendatur,

rum frigi alterum n

perante, in fortius altera, c

neat; cor lidiorem æqualite ab alterâ

rupr. qua Diss. pra

VII. rius disti ctione &

stum ex ubi mori imò deb formæ e

aut inac num



num, virium robore æquali instructorum, unus alterum invadat? Annon aliquandiu inter se dimicabunt, & sic uterque ab altero patietur?

VI. Ut sensum Regulæ exponamus, & quæ modò allata sunt, cum eâ conciliemus, notandum primò, bifariam eam posse intelligi: primò in actione, quæ est in eadem specie, vel ut spectatur eadem specie forma, quâ unum superet, alterum superetur: ut si in actione calidi in frigidum attendatur, non hoc, quod calidum unum sit, alterum frigidum, sed quod unum sit magis calidum, alterum minus. Hòc modò actio tantum est à superante, neque unquam continget debilius agere in fortius, ut sit aqua calida septem gradibus: sit & altera, quæ quinque tantum gradus caloris obtineat; commisceantur: illa hanc calefaciet sive calidiorem reddet, non hæc illam. Quod si utraque æqualiter sive iisdem gradibus calida sit, neutra ab altera patietur. Hæc ex Toletò *I. de gen. & corrupt. quest. XV.* Vide, quæ disputata à nobis sunt *Disp. preced. Reg. I.*

VII. Existimaverit tamen fortasse quis, ulterius distinctione utendum esse, & licet in alteratione & actione univocâ ita sese habere, adductum exemplum ostendat: in motu locali tamen, ubi motio est æquivoca, etiam æquale in æquale, imò debilius in fortius agere posse, habitâ ratione formæ ejusdem speciei, quâ unum alteri æquale, aut inæquale est. Si enim ferrum cum ferrò, aut

GG

etiam



etiam cum corpore minùs duro, ut cum còte, solidatur, utrumque alterum alterat : sicut & duo gladii inter se confligentes se invicem obrundunt. Pertinetque huic, quod *cit. cap. III. Lib. IV. de or. animal.* dicitur, *id quod pellit, pelli quòdammodo, & quod premit, premi.*

II. Secundò intelligitur de actione, ut effectus ter contraria, sive ut spectantur contrariè formæ quibus unum in alterum agit. Quomodo autem in hisce actio fiat tantùm à superante, quòmodo item ab æquali, vel etiã debiliori, jam disputabitur.

IX. Notandum igitur secundò, actionem fieri dupliciter: primò, ut aliquid in aliud quomodo docunquè agere dicitur, ut in alteratione præiussione alicujus gradus qualitatis: Et hoc modo debilius agit in fortius. Secundò, pro actione, quæ reportatur victoria de patiente : & hoc modo actio est à superante, vel à proportione majoris in æqualitatis.

X. Quod Zabarella *de React. c. IV.* hujusmodi illustrat exemplò : *Aliquis, inquit, manu calidam parvam glaciei particulam apprehendit, certam esse glaciem illam in initio non solum calefieri à manu, sed etiam à contrariò manum refrigerare; & in fine producere aliquid frigoris; ad hoc enim ostendendum, ita sufficiens est testimonium sensus, ut quædam inficietur, is sensu indigere dicendus sit: procedente autem actione absumitur glacies, & totumque frigus*

gus de stru  
actio sum  
tatis, tum  
num: at f  
& passion  
vocabitur  
manus fr

XI. D  
quam in  
gus debet  
victoria è  
um habe  
ciei inter

XII. I  
batione  
admittit  
comparat  
non sola  
extensio  
major in  
remissius  
pter exce  
tinguit p  
dum, qu  
ignis sic

XIII  
cò occu  
num est  
gant pr



guis destruitur à calore manus superante: dum igitur actio sumitur pro impressione alicujus gradus qualitatis, tum manus agit in glaciem, tum glacies in manum: at si totam ab initio ad finem actionem illam, & passionem spectemus, manus potius quam glacies vocabitur agens, glacies verò patiens, quia calor manus frigus glaciei superavit.

XI. Dicis: In glacie major vis est frigefaciendi, quam in manu vis calefaciendi. Ergo glaciei frigus debebat vincere calorem manus, si actio cum victoria est ab eò, quod validius est, vel plus virium habet. Antecedens probatur, quia frigus glaciei intensius est calore manus.

XII. Respondemus negando antecedens. Probationem ejus quod attinet, consequentiam non admittimus. Ut enim iterum habet Zabarella: *In comparandis inter se agentis ac patientis viribus, non sola attendenda est intensio graduum, sed etiam extensio magnitudinum. In majore enim corpore vis major inest: ideo contingere potest, ut contrarium remissius vincat alterum contrarium intensius, propter excessum magnitudinis: nam multum vini extinguit parvum ignem, licet vinum sit minus frigidum, quam ignis calidus, & minus humidum, quam ignis siccus.*

XIII. Fortassis autem nonnulla adhuc hęc locò occurrunt, quæ prætereunda non videntur. Unum est, contingere posse, ut duo in se invicem agant priori modo, neutrum tamen agat postero-



ri: ut, si calidum & frigidum æqualium profusius rium commisceantur. Equaliter enim se invicem terudent, nullâ alterius victoriâ intercedente. Quô modô indifferenter utrumque agere vel pati dicitur. Quanquâm ratione aliâ uni potius, quam alteri actio tunc tribui possit: quod est alterum eorum, quæ silentiô non involvenda diximus.

XIV. Notare enim ex Zabareliâ licet, rationem, propter quam aliquid agens potius quam patiens dicatur, esse duplicem: una est vigor, & quod validius est, absolute agens dicitur. quæ admodum hæcenus fuit expositum; alterum intentio seu scopus, quomodo quod æqualium unum est, aut debilius etiam, ei honor agentis haberi potest; ut, quando aquam igni infundimus ad bellum extinguendum, aqua dicitur agens, si respiciamus consilium & propositum infundentis, quamvis non extinguat, sed ipsa absumatur. Si extinguat quoque, non hæc solum de causâ, sed & quia validius est, titulum agentis sustinebit.

XV. His ita expositis, evidens est, primum & tertium argumentum Regulæ nihil incommode referre. Probant enim tantum de priori acceptione actionis, de quâ §. IX. Ad tertium peculiariter referendus etiam videtur §. *precedens*.

XVI. Secundum argumentum quod attinet ad id de actione non tantum in primâ significatione, sed & in posteriori probare, existimamus; cum illud velle videatur, pulverem adamantis in adamantem

tem, & g  
neque ad  
rius à nob  
potest.

XVII.

Boot. de  
tur, cur p  
fit, agere p  
mirari de  
dem; pulv  
animadve  
tur, ut fin  
ciant, loc  
pulveris v  
tatus adh  
duritiem

Nempè i  
vatur, co  
rior hic f  
semper i  
tio est gu  
earum, l  
tium, sax  
dantur i  
re lege

pretres.

rum ex.

XIIX

perspico

tem,



rem, & guttas in saxum agere cum victoriâ. Sed neque ad id quid dicendum sit, ex iis, quæ superioribus à nobis proposita sunt, ignotum penitus esse potest.

XVII. Afferemus verba Anshelmi Bœctii de *Boor. de Lap. & gemm. Lib. II. c. VI. Si quis miretur, cur pulvis in adamantem, cum illò durior non sit, agere possit, ac agens fortius patiente esse debeat; mirari desinet, si particulam, quæ excavatur, eandem; pulverem, qui excavat, non eundem semper esse animadvertat. Nam propterea in pulverem redigitur, ut singula pulveris corpuscula suum officium faciant, locumque excavandum terant. Deinde cum pulveris vis evanescit, iterum recentior & non hebetatus adhibetur. Solet enim pulvis in usum admissus duritiem amittere. Confer eundem L. I. c. XXIV. Nempè id dicit, particulam adamantis, quæ excavatur, cogi paulatim cedere pulveri, non quod durior hic sit, sed propter multitudinem ejus recenti semper in locum hebetati surrogatò. Eadem ratio est guttarum saxum excavantium, multitudine earum, longò tempore eandem in partem cadentium, saxi duritiem superante. Quæ quidem fundantur in §. XII. Quomodo autem illud fiat, eadem de re lege Aristotelem *II. X. Physic. t. 23.* & ibi Interpretes, Galenum in *L. I. de loc. affect. c. II. Scaligerum ex XVI. f. IV.**

XIX. Tertio sensus Regule, quantum nobis percipere datur, est duplex: uno participium, *superius,*



*ans*, spectat ad actum primum, vel ad virtutem agendi: Quando nimirum duo in se invicem agunt, quod superat aliud virtute, vel quod maiorem vim habet, illud agit in alterum, cum victoria scilicet, sive id superat etiam agendo; Altero *perans* denotat actum secundum, vel ipsam actionem, hoc modo: Quando duo in se invicem agunt, quod alterum agendo superat vel vincit, illud absolute dicendum est agere, vel pro agente est habendum. Sensus isti distincti sunt, ut vel ipsa verba ostendunt, cognati tamen, & utriusque veritas dictis non in obscuro est posita.

XIX. Quamquam omnino non solum ad duo in se invicem agentia Regula restringenda, sed in mutuo resistantibus quodque locum habere videatur, quamvis non utrumque agat, quod in operibus, quæ motu locali peraguntur, contingere, exempla §. IV & XVII. satis docere putamus.

I. Idem cum cum  
iens. V  
cipiens,  
rem.

II. De  
quid in se  
verfarum  
psum, V  
ratur ut a  
navem,  
tur seipsum  
impingit

III. I  
seipsum  
va ejusdem  
ipsam, &  
distincti  
q. III. S  
q. III. &

IV. I  
nre vid  
quamvis  
non sit  
sed ut  
dum di  
si in pa

REG



*Nihil agit in seipsum.*

I. Idem agere in seipsum, est, idem comparatum cum eadem actione esse tum agens, tum patiens. Vel, principium efficiens, & subjectum recipiens, ejusdem actionis, esse eandem numerò rem.

II. De eò autem hic sermo non est, quod aliquid in seipsum agit per accidens, aut ratione diversarum partium: quomodo Medicus curat seipsum, *V. Met. c. XII.* Curat enim ut Medicus, curatur ut ager; & qui movendò aliud, ut nauta, navem, motu ejus movetur: sicut aliquis dicitur seipsum percutere, dum pugnum capiti suo impingit.

III. Id verò quaeritur; *An ita agat aliquid in seipsum, ut eadem potentia sit effectiva & receptiva ejusdem operationis, neque intercedat inter ipsam, ut activum, & ut passivum principium est, distinctio realis?* Pars negans est Capreoli *I. d. III. q. III.* Soncinatis *IX. Metaph. q. IIX.* Javelli *ib. q. III.* & aliorum plurium.

IV. Imò, non id tantùm in controversiam venire videtur; sed & hoc, *an idem agat in seipsum, quamvis principium, vel potentia agendi fortasse non sit etiam secundum rem principium patiendi, sed utrumque principium sit in eòdem, (non secundum diversas partes quantitativas) aut activum, sit in patiente, ut subjectò.* Nam & hoc negatur.



à nonnullis, inter eosque est Andreas Celsipinus *Lib. III. quest. Perip. I.* Id inde demonstrare conatur, quod activum & passivum sint contra. *L. gen. & corr. t. 50.* Contrariorum autem nec unum alteri, nec ambo simul eidem inesse queunt. Quod argumentò, ut & aliis, utitur ad demonstrandum naturam non esse activum, sed tantùm passivum principium.

V. His præmissis, nihil agere in seipsum primò expressè asserit Aristoteles *I. de gen. & corr. p. 48.* Disputans enim ibi contra Democritum, asserentem, simile agere in simile, ejus sententiam refellit: Si fieri potest, ut simile à simili quidpiam patiatur, idem quoque à se pati poterit. Habetur in absurdis, idem à seipsò pati, vel idem agere in seipsum. Hæc enim idem significant, quemadmodum diximus *Disp. præced. Reg. I. §. I.*

VI. II. Si quidquam ageret in seipsum, idem esset simul actus & potestate, & quidem *2. & 3. dicitur* ut si quidpiam seipsum calefaceret, esset simul actus & potestate calidum, v. g. ut sex. Sed hoc inanis est, quæ fieri nequeunt, quàm esse potestate, excludat actum. Est enim potestate id, quod non est actu, cum possit esse, *ex IX. Met. t. II.* Ergo & illud. Consecutio in primâ propositione probatur, quia quod agit, quatenus agit, est actus, quod patitur, quatenus patitur, potestate. Quæ ratio demonstratio deprompta est *ex t. 40. L. IIX. Physic. VII. Reg. II. Disp. II.*

VII.

mutandi.

IX. M.

tenus ipsi

IIX.

dam ista

sunt, ut

stabilien

adducere

tas sectar

dubio p

quemad

mur.

IX. I.

stremus,

dò, ut

constet

sententi

mus.

X. C.

argume

Gravia

aut à nu

princip

dissidui

finitur.

percline

moveret

seipsò n

VII



VII. III. Potentia activa est principium transmutandi aliud, aut quatenus est aliud V. Met. c. XII. & IX. Met. t. 2. Ergo nihil agit in seipsum, quatenus ipsum.

IX. Quin tot loca & rationes ad confirmandam istam Regulam ex Philosopho desumi possunt, ut nesciam, an quidquam aliud sit, ad quod stabilendum plura suppetant. Sed omnia jam adducere & expendere, nostri instituti, quò brevitatis sectanda, jam non est. In publico congressu dubio procul dabitur occasio illa ventilandi: quemadmodum & aliò die calamò ea prosequemur.

IX. Id agemus in præsentì, primò, ut demonstremus, dari alicujus actionem in se ipsum; secundò, ut ostendamus, esse, in quibus suis Regulæ constet vigor. Tertiò ea quæ ad stabilendam sententiam contrariam modò allata sunt, videbimus.

X. Quantum ad primum, utimur ante omnia, argumentò à motu gravium & levium desumto. Gravia & levia aut à seipsò moventur, aut ab aliò, aut à nullò. A nullò moveri aliquid, adversatur principiis Aristotelicis, iisque cum quibus nobis dissidium hic est. Motus enim III. Physic. t. 23. definitur actus potentiâ activi atque passivi. Quò pertinet, quod VII. Physic. t. 1. dicitur: *Quicquid movetur, necesse est ab aliquò moveri. Nam si in seipsò non habet principium motus, ab aliò movetur.*



perspicuum est. Et II. de anim. t. 54. Cuncta, que patiuntur atque moventur, ab activo atque eo, quod est actu, patiuntur atque moventur.

XI. Non à seipsis, sed ab aliò moveri, omnino videtur esse sententia Aristotelis, tum quia eius generalis est propositio VII. *Physic. c. I. IX. Physic. t. 40.* quicquid movetur ab aliò moveri; tum, quia peculiariter id asserit de gravibus & levibus, quæ à generante aut removenite prohibens moveri docet *cit. L. IX. Physic. t. 29. 32. & 33. IV. de caelis. 25.* Quod etiam defendunt plerique ex Peripateticis.

XII. Sed à generante gravia & levia non moveri, supra *Disp. II. Reg. I. ex Scotò II. d. II. q. X. & Gregorio ibid. dist. VI. q. I. a. III.* huiusmodi demonstravimus argumentò:

Quòcumque non existente, contingit, alibi moveri, ab illò non est ejus motus; quin agere & movere præsupponant esse.

Sed generante non existente gravia & levia contingit moveri.

A generante ergò non moventur.

Minor probatur, quia flamma è scintillâ admotâ sulphuratò genita, movetur sursum extinctâ scintillâ. Lapis, qui in animali genitus fuit, filò suspensus, terram petit refectò filò, quamvis animal illud jam olim consumtum fuerit.

XIII. Verùm ad hoc de lapide reponit: Licet tunc non à generante moveatur, moveri tamen

aliò exteri  
secat, quo  
XIV.

tus alicuj  
moveat, q  
si initium  
tus est, m  
que igitur

XV. A  
principiò  
lià tamen

quàm quæ  
sulphurat  
Dat igitur  
ximam a  
quemadmodum

IX. *Physic.*  
rius præst  
remota i

prædictâ  
questio e  
§. XIII.

XVI.

principiò  
pensus fu  
Ubi tunc  
is ex loci  
generant  
lapidis c



aliò externò principiò, nempe ab eò, qui filum dissecat, quod agens dicitur removens prohibens.

XIV. Ad primum dicent: ut ab aliquò sit motus alicujus, non necesse esse, ut movens tamdiu moveat, quamdiu alterum movetur, sed sufficere, si initium motus largiatur. Ignis simul atque genitus est, movetur, tumque adhuc viget scintilla, utque ignis in sublime feratur, facit.

XV. Ad hoc respondemus: Licet scintilla in principiò motus ignis à se geniti præstò sit, non alià tamen ratione esse causam, ut ignis moveatur, quam quatenus ex corpore gravi, ut sulphure aut sulphuratò, generat corpus leve, nempe ignem. Datigitur ipsa actum primum sive potentiam proximam ad motum in sublime, quæ est levitas, quemadmodum docet Philosophus *sup. cit. t. 32. L. IX. Physic.* in ipsum autem motum nullum ulterius præstat ipsa influxum, estque ita tantum causa remota illius motus. At de causâ proximâ & propriè dictâ motus gravium & levium hîc loci nobis quæstio est. Vide isthæc fusius exposita *Reg. cit. §. XIII.*

XVI. Deinde non perpetuum est, generans in principiò motus præstò esse. Lapis, qui fune suspensus fuerat, dissectò fune terram sponte petit. Ubi tunc est id, à quò fuit genitus? Quid enim, si is ex locis remotissimis ad nos delatus fuerit? An generans ex tantò intervallò quidquam ad motum lapidis conferre poterit?

XVII.



XVII. Quod si confugas ad eum, qui funem abscidit, eique motum lapidis in acceptis referas, quæ dicitur causâ removens prohibens, de qua XIII. respondemus tibi primò: Quod movet tantquam removens id, quod prohibet, expressè ab Aristotele dicitur principium motus per accidens *cit. l. 32.* At hic investigamus principium per se. Et res ipsa testatum facit, eum, qui funem dissecat in motum lapidis deorsum non influere. Et si hoc faceret, esset in principis per se.

XIX. Secundò contingit, lapidem tendere deorsum, nullò etiam interveniente, quod removens prohibens. Primò enim fit, ut lapis suo ipsius pondere funiculum, quò suspensus tenetur, rumpat. Deinde lapis per vim in altum projectus postea per naturam deorsum fertur. Nihil igitur hic est contra lapidem constitutum, ad quod referri motus esse possit.

XIX. Secundò argumentò utor hoc: Posito, licet id sit *ἐκ τῶν ἀδυνάτων*, lapidem dari, qui natus, neque ullò aliò modò à quòquam factus sit, sed à seipsò habeat suum esse; is sursum projectus utique instar aliorum lapidum, expirante motu illò violentò, ima petet per naturam suam. Non igitur à generante est lapidis motus. Cum ergò motus alii moventi externo adscribi possit, (Quòd enim fuerunt, quorum quidam ad corpora cœlestia eunt, retulerunt, nonnulli ad loca, ad quæ gravia & levia naturaliter tendunt, alii ad media, eæ sententia

jam dudum  
jam nobis  
videre est  
ferimus, à  
sequens, d  
seipsò alio

XX. Su  
ctu & volu  
dam parti  
rellectus in  
ctò, *II. de*

tamen pal  
vum etiam  
XXI. I  
rem nos o  
in oculò r  
quòd alia  
ceptione

quoque re  
non sit ali  
non potes

XXII. A  
Aristotele  
recipere,  
ceret. Et  
*cap. de int*  
ait, *per c*  
*sentire tan*  
*vere. Qu*



jamdudum explosæ sunt, etiam ab iis, cum quibus jam nobis concertatio est, earumque refutationem videre est apud Gregorium de Ariminò *l. cit.*) Inferimus, à seipsis gravia & levia moveri, & per consequens, dari aliquid, quod in seipsum agat, vel in seipso aliquid efficiat.

XX. Sumimus quoque argumentum ab intellectu & voluntate. Quamvis intelligere sit quoddam pati, dum, sicut sensus in sentiendò, ita & intellectus in intelligendò recipit speciem ab objectò, *II. de animâ c. V. & Lib. III. l. 2. & 3.* in purâ tamen passione intellectus non consistit, sed activum etiam ejus influxum importat.

XXI. Id primò probamus in sensu: Contingit rem nos ob oculos positam indeque ejus speciem, in oculò receptam habere, nec tamen eam videre, quòd aliis simus intenti. Visio ergo non in solâ receptione speciei in oculò consistit, sed attentio quoque requiritur, & judicium, quod quomodo non sit aliqua actio facultatis sentientis, intelligi non potest.

XXII. Quò facit, quod *II. de anim. t. 127.* docet Aristoteles, si olfacere esset solùm pati sive odorem recipere, fieret, ut àër, quùm odores recipiat, olfaceret. Et quoque Alexandri Aphrodisai *de animo cap. de intellectu. pract. & speculat. Quamquam, ait, per corporeas affectiones sensuum functio fit, sentire tamen non est pati, sed judicare atque discernere.* Quod si sentire est aliqua actio sensus, quid  
nî



ni & intelligere intellectus actione perficiatur.

XXIII. Nec contemnendum prorsus putamus quod III. de anim. t. 22. intellectus dicatur componere. At componere est agere. Ulterius: Si intellectio & compositio est actio intellectus, intellectus utique erit potentia activa; cumque non in seipso intellectioem & compositionem perficiat, sed seipso, necesse est, esse simul passivum ratione eadem operationis. Quod sane neque Authores in praes. III. allegati eunt inficias.

XXIV. Respondent tamen, intellectum esse principium passivum, & recipere intellectioem in se præcisè, & ut intellectus est; esse autem activum & causam intellectioem effectricem, ut effectus formatus specie: quum autem species differat a intellectu realiter, intellectus quoque ut informatus specie, distinguetur realiter à seipso nudè consideratò.

XXV. Verum, ut jam id non urgeamus, quod Henricus Gandav. quodl. IV. q. VII. & Tolerantius de anim. q. XII. & III. de an. q. XXII. negant principium efficiens principium esse actus sentiendi & intelligendi; Regerimus primo: aliud esse, quare, an potentia una eademque secundum rem, sit simul activa & passiva comparatione ejusdem actus? aliud, an sit principium activum completum & adequatum, an verò ut eliciat actum, indigeat aliò principio simul efficienter concurrente? Nil aliud infert id, quod §. præced. responsio.

co allatur  
cum inte  
partiale p  
pedit, qu  
sideratus  
actum int  
vim intell  
tia, vel ha  
te, quod  
cum eo ac

XXVI.  
quam rec  
omni care  
ciat, pler  
ci contra  
voluntas  
rum esset  
lias fore

XXVII.  
tate istos  
men in ea  
aliud effi  
quò simul  
seipsa, ut  
Nonnulli  
ter quos C  
concl. II. &  
objecti; a  
vide apud



coallatum est, quàm intellectum, ut producat actum intelligendi, requirere speciem, tanquam partialè principium agendi. Hoc autem non impedit, quò minò intellectus separatim à specie consideratus sit & dicatur potentia activa vel efficiens actum intelligendi, cum species ipsi non largiatur vim intelligendi: quemadmodum calor est potentia, vel habet potentiam calefaciendi, non obstantè, quòd Deus tanquam agens universalissimum, cum eò ad calefaciendum concurrat.

XXVI. Deinde recipiamus nos ad voluntatem, quam recipere in se actum volendi vel expetendi, omni caret dubio. Quòd effectivè quoque eum eliciat, plerique omnes, quos scio, docent Scholastici contra Gothofredum, probantque inde, quòd voluntas non esset facultas libera, nisi actuum suorum esset principium efficiens. Non enim eos aliàs fore in ipsius potestate.

XXVII. Sed & hic sunt, qui, cum in solà voluntate istos actus recipi statuunt, neque voluntati tamen in eà ullis speciebus intentionalibus sit locus, aliud efficiens principium voluntati adjungunt, cùm quò simul sumta voluntas ut efficiens suos actus, à seipsà, ut seorsum recipiens, distinguitur reipsà. Nonnulli id dicunt esse ipsum objectum. Alii, inter quos Gregorius de Arimino *II. d. XXIV. & XXV. concl. II.* & Molina *P. I. q. XIX. a. II. disp. III.* notitiam objecti; alii aliud, quorum omnium refutationem vide apud Vatzq. *I. 2. disp. XXXVI. c. II.* Petr. Hur-



radum de Mendozâ de anima disp. XIV. s. V. Beco-  
num P. 2. Theol. Scholast. Tom. I. Tr. I. c. II. q. VI  
& quantum ad objectum ipsum, etiam Gregorius  
de Ariminô l. cit. concl. III. Nobis jam diutius  
hiscie immorari integrum non est. Actum autem  
est ita hæcenus de primô.

XXIIX. Quantum ad secundum, verissimum  
est, nihil agere in seipsum actione univocâ. Actio-  
nes, quibus aliquid in seipsum agere antea osten-  
sum fuit, sunt æquivocæ. Quod quidem ex sub-  
sequentibus pluribus deducetur & illustrabitur.

XXIX. Secundò, distinctionem nonnulli adhibent  
inter actionem corruptivam & perfectivam  
ex II. de an. t. 57. & 59. Corruptiva est *φθω-  
νική* & *εὐκτασία*, i. e. quâ corrumpitur aliquid  
suò contrariò: quales sunt omnes alterationes in  
qualitatibus primis. Perfectiva autem est, quâ  
aliquid acquiritur, sed nihil removeretur, quod non  
sit de contrariò in contrarium, sed de privatione  
ad habitum, quales sunt visio, intellectio, voluntas  
actus, sicut ad cit. t. describit Zabarella, & videtur  
esse consonum expositioni Themistii. Jam  
dicunt, nihil agere in seipsum priori actionum  
nere: posteriori autem id non esse impossibile, quod  
que ostendunt ea, quæ superius à nobis fuerunt  
disputata.

XXX. Superest, ut ad argumenta contraria  
conferamus. Ad primum S. I. propositum, dicimus,  
Aristoteli id loci esse disputationem de agere

teper al  
textu per  
tractata.

XXXI.

actu bifari  
formalite

lum actum

actu virtus

ctum form

quomodo

modo in a

est simul e

modum ig

est in pote

quid form

tentiâ. U

in seipsum

que poten

va actione

actu est, q

esse in pot

rum hoc

quatenus

dine ad ac

malis non

ob causam

passivam

lectus act

ctionem,

te



per alterationem, & quidem univocò, sicut ex  
 textu perspicitur, & iis, quæ supra *disp. III.* fuerunt  
 tractata.

XXXI. Ad II. §. II dicimus, aliquid esse in  
 actu bifariam, nempe in actu formali, id est, quia  
 formaliter & secundum esse habet hunc vel il-  
 lum actum: quâ ratione ignis est calidus; & in  
 actu virtuali, quia non habet hunc vel illum a-  
 ctum formaliter, potest tamen illum producere,  
 quomodo Sol dicitur calidus. Quod est priori  
 modo in actu, quale est agens univocum, non pot-  
 est simul esse potestate respectu ejusdem, quemad-  
 modum ignis, quia est actu formali calidus, non  
 est in potentia calidus. Et ratio est: Quod ali-  
 quid formaliter jam habet, ad illud non est in po-  
 tentia. Unde agens univocum non potest agere  
 in seipsum, vel, quod eodem recidit, una eadem-  
 que potentia non potest esse simul passiva & acti-  
 va actione univocâ. At quod posteriori modo  
 actu est, quale est agens æquivocum, potest simul  
 esse in potentia respectu ejusdem: quoniam nimirum  
 hoc non est respectu ejusdem simpliciter, quatenus  
 est in actu virtuali, & in potentia in ordine  
 ad actum formalem; at actus virtualis & forma-  
 lis non sunt simpliciter idem actus. Et hanc  
 ob causam non repugnat, eandem esse potentiam  
 passivam & activam actione æquivocâ. Ita intel-  
 lectus actu primò & virtualiter continet intelle-  
 ctionem, quæ est actus secundus, ad quem forma-

HH

liter



liter obtinendum & recipiendum est in potentia. Habet ista responsio fundamentum in Aristotele *Lib. IIX. Phys. 1. 40.* scribentis, si idem calesceret seipsum, simul idem & secundum idem calidum fore, & non calidum, atque unumquodque ceterorum similiter, ὅσων το κινῆν ἀνάγκη ἔχει τὸ συνώνυμον.

XXXII. III. Ad §. VI. Nostræ sententiæ non videtur adversari definitio potentia activæ. Enim idem agat in seipsum, & ita quidem, ut eadem sit potentia activæ & passivæ, id tamen evenit, non quatenus est idem, sed quatenus dicitur. V. g. Voluntas quatenus est actu talis natura, virtute continens operationem, est principium activum; quatenus autem eò caret, recipitur tamen est, principium passivum est. Similiter aliis sentiendum est. Hæc responsio quoad ipsam est Gregorii de Ariminò *II. distincti. XII. & XXV. q. I.*

XXXIII. Quod attinet ad illud §. III. ex *L. I. de gen. & corr.* activum & passivum esse contraria, non est universale, sed tantum in agibus univocis, nec tamen in hisce omnibus locis invenit, quod abunde patet ex *Disp. præ Reg. II.*

XXXIV. Sententiæ nostræ nihil quoque trahere textus *29. 32. & 33. L. IIX. Physic. & L. IV. de Cælò. §. XI.* adductos, ostendimus *II. Reg. I. §. XIII.*

Doc  
pur  
cessaria  
bus figu  
discedu  
figurâ e  
riâ semp  
flo, fiat  
falsa. V  
IV. Inst  
smo: N  
riâ & fo  
omne  
substant  
substan  
hæc, in  
illud est  
At pote  
quanta  
species  
conting  
conclu



## COROLLARIUM.

Docet Aristoteles *I. Prior. c. XIX.* ex pluribus propositionibus necessariis, necessariam sequi conclusionem in omnibus figuris. Non pauci hæc Philosopho discedunt, eâ de causâ, quod si in tertiâ figurâ ex utraq; præmissarum necessaria semper inferatur necessaria conclusio, fiat, ut præmissæ veræ sint, conclusio falsa. Vir quidam magni nominis *Lib. IV. Inst. Log. c. XIX.* adducto hoc syllogismo: Necessè est, omne constans materiâ & formâ esse quantum. Necessè est, omne constans materiâ & formâ esse substantiam. Ergo necessè est, quandam substantiam esse quantum. Conclusio hæc, inquit, falsa est. Necessarium enim illud est, quod se aliter habere requirit. At potest substantia esse, licet non sit quanta. Affectio enim speciei, ut & ipsa species de genere accidentaliter vel contingenter prædicatur. At nos & conclusionem illam veram esse, & spe-



ciem affectionemque ejus de genere necessariò, imò & per se, & essentialiter prædicari censemus. Argumentum ita: Nullum animal est necessariò & per se homo, capax disciplinæ. Omnis homo est animal. Ergò nullus homo est necessariò & per se homo, capax disciplinæ. Conclusio tam falsa est, quam quod falsissimum. Cum ergò minor verissima sit, neque in formam argumentandi quicquam desiderari possit, necesse est, majorem propositionem, in qua species & affectio speciei affirmatur de genere, esse falsam. Si major est falsa, ergò contradictoria ejus: Quoddam animal est necessariò & per se homo, capax disciplinæ; vera est.



Disp

AGEN

JACO

Non quoad  
quodlibet

rum, quod

tur in

IV

N  
P  
c  
alibet lapis  
ducenda  
quodlibet  
cere valet

Disp